

Lusario de Fideicommissar. Substit. quæst. 314. num. 12. Vef. Spurijs = Spurijs = etiam, & fortius, non erunt vocati, Filijs vocatis ad Fideicommissum. = Et in num. 13. Imo non venient etiam ex Spurijs, licet Legitimè essent nati, quando essemus in casu quod nepotes venirent appellatione Filiorum, vef expressè vocati essent Descendentes, & hoc, quia sunt nati ex radice infecta.

Garcia de beneficijs part. 7. cap. 15. num. 46. Unde in prædicto dubio videtur concludendum, quod si in Fundatione Cappellanias dicitur quod præsentetur Clericus de Familia, domo, seu casata, genere, agnatione, cognatione, Sanguine, vel Parentela, seu Consanguinitate, non comprehenduntur, nec censentur vocari Spurijs, & Illegitimi, seu Descendentes ex eis, etiam Legitimi, nisi aliud constet ex communi usu loquendi, aut mente Fundatoris, & sic etiam deficientibus Legitimis, non habebunt jus ad Capellaniam.

Tyberio Deciano, tom. 1. Respons. seu Consil. 3. num. 98. Neque obstat si diceretur quod D. Paulina adversaria, non est Spuria, imo Legitima, licet nata ex Patre D. Paulo Spurio: Ergo non potest dici quod ipsa tale vitium patiat: nam respondetur, quod ex quo descendit à radice infecta in Patre Spurio, quoad Successiones, & ipsa pro Spuria habetur, & verum esset quod Patet ejus tanquam Spurijs Succedere non posset, pariter neque ipsa posset tanquam ex radice infecta descendens.

D. Castillo controv. lib. 5. cap. 103. num. 16. ibi: Et verè loquitur Decianus in Filijs Legitimis Filijs Spurijs, qui quamvis ex Legitimo Matrimonio nati, procreati que sint, Succedere non possunt: quia à radice infecta, & principio nascendi Illegitimo procedunt. = Et in num. 21. ibi: Verè namque licet verba sonent, atque significant Legitimos, & de Legitimo Matrimonio natos, admittendos ad Successionem; tamen mens, & præsumpta voluntas aliud suadet, hoc est, non sufficere eos esse Legitimos, & de Legitimo Matrimonio natos, sed eam Legitimitatem ex Persona Patris, ejusque origine, & principio nascendi habuisse, qua disponentis, Institutorisve Majoratus volunrati satisfactum plenè fuerit.

D. Solorzano in Polit. lib. 3. cap. 19. in verbis transcriptis supra littera J.
Roxas de Incompatib. part. 3. cap. 1. num. 73. ibi: Quia etsi nepos, & pronepos, vel alius Descendens, ex Legitimo Matrimonio procreatus, attamen Pater Naturalis tantum, aut Spurijs, excluditur, & nepos, & omnis ex ea Linea procedens, eo quod procedant ex defectu Legitimationis in Generatione per contraventionis Patris infecta: nam Illegitimitatis vitium reale est, & totam Lineam inficit.

Meres de Majorat. part. 2. quæst. 2. num. 81. & sequent. & in num. 88. Cum ergo principium, & origo sit vitiosa, per quam ad posteriores Filijs Spurijs Descendentes pervenitur, hoc vitium, & origo vitiosa in Descendentes derivatur. etiamsi sint in decimo, vel ulteriori gradu; veluti si quis seminet semen malum, quia omne id, quod ex illo nascitur infectum est, & eodem laborat morbo, & vitio.

Et in num. 111. Si igitur hoc verum est, & communiter omnes, Majoratus facientes, maxime Nobiles, præcipiunt Successoribus Majoratu, ut propria Arma portent, & Insignia sub maximis pennis; & bastardis & Spurijs hoc prohibitum est: quomodo Succedat ille in Majoratu, qui non potest adimplere conditionem, & gravamen à Testatore adjectum, de portando Arma. Et in num. 113. ibi: Si igitur Filijs bastardi, & Descendentes ab illis, non possunt portare Arma, & Insignia Testatoris: cui non conveniunt verba legis, non convenit ejus dispositio.

[Faint, mostly illegible text at the bottom of the page, likely bleed-through or a second column of text.]

PUNTO OCTAVO.
Que la opinion de no ser impedimento la Illegitimidad de los Ascendientes de Linea diversa de la que lleva la Succession, no le puede fundar derecho à Don Joseph Cavallero.

1. **L**AS Doctrinas expuestas en el punto que precede, son tan corrientes, y asentadas, que nada ha tenido que oponer contra ellas D. Joseph Caballero, y assi en la primera instancia todo su empeño fuè defender, y probar que su Visabuelo havia sido Legitimo, Hijo de Padres conocidos, para desvanecer el defecto entonces alegado de haver sido Expuesto.

2. Del proprio modo en la segunda instancia viendo que ya no podia insistir en la Legitimidad por haverse asegurado con los Instrumentos nuevamente hallados, el mayor vicio de la Espureidad, tomò el medio de alegar impertinente la indagacion de essa falta, suponiendo que la Legiti-

[Faint, illegible text on the right margin of page 147, likely bleed-through.]